



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

14. De Pijs & Simplicibus Oratoribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

libris volutatos adumbrata leuius eloquentia & adscititijs ornamentis iuuenilius luxuriare. Illi verecundas nacti sunt gratias, & dicunt quidem suauius, sed cum dignitate copulant suauitatem; hi sunt in ipsa affectatione sine fræno verecundiæ impudentes. Illi dispensant elegantias, & colores, hi sine villo delectu passim offundunt: Illi dicunt argumentis prudentibus, & splendidis: hi puerilibus, & frivolis. Illi tractum habent orationis cum vi iudicij diffusum, hi per abrupta quocumque ingenij calor tulerit, rapiuntur. Illi seruant orationis decoram castimoniam: hi troporum vsu pruriunt insolentius. Illi figuras temperant, hi obliuunt. Ad summum illorum oratio videtur honesta matrona cum mundo sibi debito: horum meretricias olet pyxides, & vestem refert, quæ parum deceat pudicam.

racula quæ legerint, & audierint, in vnum fasciculum non sine fructu colligunt: aspergunt etiam aliquando narrationes ex peregrino instrumento, quæ non adeo accurate cû Chronologia consentiunt, vt Augustum Cæsarem cum Sybilla, de Christo colloquutum, & templum Pacis ea nocte qua Christus natus est cecidisse, & Romulum de suo imperio consulentem responsum accepisse duraturum donec virgo pareret.

Hæc dico non parui quidem faciens hominum pietatem, quam omni scientiæ opulentia longe constat esse maiorem, verum cum in tam sagacem, & fastidiosam ætatem incidimus, pijs etiam concionatoribus magna prouisione opus est, vt videant quid, aut quomodo dicant, ne si quid perperam, licet sincero animo attulerint, in contemptum ministerij cedat.

De pijs, & simplicibus oratoribus.

CAPVT XIV.

Concionatores pijs & simplices.
SVNT & quidam pijs, homines animæ vt plurimum mitissimæ, & candidissimæ, qui cû se totos religioni, vitæque æteticæ studiis addixerint, similem quoque animo afferunt orationem. Sunt autem ferè boni, creduli, & ad lachrymas faciles; non habent tam lautum, & copiosum literarum instrumentum, quas & multi nescire maluerunt, vel si habent, non ostentant. Querunt enim non alta, docta, aut curiosa, sed humilia, pia, simplicia. Non multum curant quid textus ferat Chaldaicus, aut Missale Mozarabicum, an Symmachi versio cum Aquila consentiat, & an קקאן apud Ionam cucurbitam, aut hederam significet. Verum toti versantur in religiosis meditationibus de præsepi, infantia, vita, morte Christi, & de venerandis quidem eius cruciatibus tractant sepius, tum de nouissimis, morte, iudicio, purgatorio, inferis, & beatitudine cœlesti verba lubenter faciunt. Mox hominum peccata, & flagitia deplorant, ad poenitentiam reuocant, & sui similes cunctos ferè desiderant. Dicunt autem ea non quæ ex varia librorum lectione conquieserunt, sed quæ secum ipsi sunt meditati, & si simpliciores quidem fuerint, loquuntur stylo humili, tenui, inornato, & plerumque dissoluto, valde delectantur exemplis, & omnia mi-

De pijs grauibus.

CAPVT XIV.

Concionatores pijs & graues.
ALIUD est genus piorum concionatorû, qui prudenter, & robuste sunt pijs: nam illud quidem habent cum primis commune, quod curiosa oderint, torique sint in pijs argumentis: verum quia multum habent cum pietate ingenij, ac doctrinæ, & si id minime videri velint, dicunt ardore quidem magno religionis, sed sententijs, viuidis, motu graui, castè, prudenter, circumspectè, & si quidem ad graues secundi generis proximè accedunt. Est sane hæc pietas optimum omnium instrumentum, nam cum eruditio, eloquentia, industria, & cætera humana præsidia tanquam leues flosculi decidant, nisi de cœlo irridentur, sola pietas perpetuum obtinet cum Deo commercium, vnde & diuturnior est, & longe quam cætera fructuosior.

De doctis.

CAPVT XV.

Concionatores docti & graues.
NON est ea mihi mæs doctos illos cœcio, concionatores carere, qui suæ quoddam doctrinæ temperamentum, cum pietate, prudentia, grauitate condiunt, viros omni ho-